

G.K.  
428  
38



W  
Gedächtnis eines Provisoriums  
der Universität Halle  
anlässlich ihres 100-jährigen  
Bestehens am 10. August 1789  
Von demselben verfasst und gedruckt  
in der Druckerei des Universitäts- und  
Landesbibliothekarischen Amtes  
PROLVSIO  
IN  
ANNIVERSARIAM GYMNASII  
LVSTRATIONEM.

de Oraculis gentilium et libris sibyllinis.



N  
osse,

atque a liquida veri rectique luce internoscere,  
auersari, fastidire, fugere  
tenebricosa ludentis  
et imperitis illudentis phantasiae somnia,  
propudiosa humanarum mentium ludibria,  
terribilia superstitionum μορμολύκεια,  
inueterata orbis fascina,  
inextricabiles errorum labyrinthos,  
ineptiarum in formam artis redactarum systemata,  
quidni magna merito sapientiae pars censeatur?  
Quidni in pietatis et sapientiae officinis  
inspicere simul ac despicere  
antiqua aequa ac recentiora regni tenebrarum mysteria,  
ridere pseudodoxias epidemicas,  
cavere impias illorum strophas,  
explodere perniciosa opinionum monstra,  
fastidire Sirenum voces, et Circaea pocula,  
doceatur, vtque sapere audeat, excitetur  
vitae cum ratione et religione agendae,  
et vel CHRISTI, vel Themidos, vel Hippocratis sacris  
in publica commoda pie aliquando tractandis  
praeformanda iuuentus?  
Quidni recte cecinisse censeatur  
Venusinus ille Romanae fidicen lyrae?  
Virtus est vitium fugere, et sapientia prima  
stultitia caruisse.  
Sane elegantissima illa Socratici Cebetis tabula,  
senem ob oculos ponens cum grauitate humanissimum,

ingredientibus in vitam  
contra voluptatum et peruersarum opinionum illecebras  
σοφὰ Φάγουα instillantem,  
ingeniorum formatores officii hac in parte sui  
scite ac graphice admonet.  
Hinc consilium nostrum probaturos confidimus  
aequos rerum aestimatores,  
quo impugnare coepimus,  
fontes ostendendo impurissimos, et riuulos pestilentes,  
vberiorique deinceps quasi actione  
coram tribunali rectae rationis persequentur  
illas orbem vel ab ipsis eius incunabulis fascinantes  
Astrologiae diuinatricis praestigias:  
quo etiam habendis in panegyrum publicarum triade  
orationibus sollemnibus  
argumentum delegimus  
ex illa fatidicorum technopaegniorum segete ac silua,  
ex illa Sibyllarum, mirost enthusiasmos  
ad aenigmata sua vel pronuncianda, vel foliis inscribenda  
adsciscentium;  
oraculorum e Trophonii antro, Dodonaea quercu,  
Delphico tripode, et quae sunt reliqua, sonantium;  
augurum de caelo seruantium;  
extispicum, fibras palpitantes rimantium ac fissiculantium,  
pullariorum, tripudia solistima vel exhibentium,  
vel negantium;  
ἴγγαστειμέθων, κληρομανῆν, κευσαλλομανῆν, νεκρομανῆν,  
ριθδομανῆν, ραψωδομανῆν, χειρομανῆν,  
τερατοσκόπων, ὄνειροκρέτῶν, et similiū  
coruos deludentium hiantes,

*AK*  
*HC*  
*12.26*

suasque officias & glaucomata credulae turbae oblicentium,  
praestigiatrice praecantatriceque disciplina.

Initium autem hujus tractationis faciet  
sub ipsa anniuersariae Gymnasii lustrationis auspicia,  
& quasi prologum solus aget,  
ab excitato & felici & probe exculto ingenio,  
morumque polita humanitate perquam commendabilis  
Musarum alumnus,

IACOBUS HENRICUS GEBHARD, GOTCHANUS,  
*de Sibyllis, et oraculis librisque Sibyllinis*

oratione Teutonica dicturus,  
nec absque pia gratiarum actione  
hancce bonae mentis & bonarum artium palaestram  
cum sublimiori deinde comitaturus.

Actui igitur huic atque acroasi iam quidem breuiori  
crastina luce, hora VIII. matutina,  
vt comiter interesse ne deditamentur

ILLVSTRES MVSARVM MAECENATES, STATORES,  
CVRATORES, EPHORI, PATRONI,  
VIRI OMNIVM ORDINVM LITTERATISSIMI,  
GOTHAE NITENTIS LVMINA ET DECORA SPLENDIDISSIMA,  
NEC NON EMICANTES IN SPEM PATRIAE,  
AMOENIORIS HUMANITATIS SEVERIORVMVE STVDIORVM CVLTORES,  
qua par est obseruantia & modesta contentione  
oro quaesoque

IO. HENR. STVSS.


---

P. P. PRID. KAL. AVG. A. CICICCCXXXXVI.

X336a683

ME

G.A.  
428  
38



### Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Gray	Dark Gray



ROLVSIQ  
IN  
SARIAM GYMNASII  
TRATIONEM.

dis gentilium et libris Sibyllinis.

